vestimento. Tercio ex fletu non
ex risu quante fuerit compassio
nis. quia super ciuitatem fleuit. Quā
to ex ingressu quante fuerit deuo
tionis. Quando enim quis libēter
ad spectacula graditur signum ē
vanitatis. qn̄ vero ad templū: si
gnū est deuotionis. Xp̄s ei quo
cunqꝫ veniebat: mox ad templū
iuit. In pn̄ti euangelio tria de ip
so tanguntᷣ. Primo quia fleuit post
honorē sibi exhibitū. Legitur au
tem supra immediate ꝙ dum ad
descensum montis Oliueti appro
pinquaret: turbe sibi occurrerūt
cuꝫ canticis ⁊ laudibus eum reci
pientes. ⁊ cum appropinq̄ret ihe
rusalem fleuit sup eam. Ex qua re
ostendere voluit ꝙ mundana leti
cia cito in fletum ↄuertitᷣ. Prou.
xiv. Risus dolorē miscebitur ⁊ extre
ma gaudij luctꝰ occupat Est aūt
leticia humana sicut vinū purum
qđ cito inebriat nisi temperetur.
vel meditatione mortis. vel recor
datione alicꝰ adūsi futuri. Eccles.
xi. In die bonoꝝ ne sis immemor
maloꝝ. Tria enim sunt hoīvalde
periculosa ⁊ nociua. s. leticia. tris
ticia ⁊ ira que sensum hoīs cōtur
bant ⁊ obsistunt. ⁊ etiam qn̄qꝫ
mortē inducunt. Nā nimia leticia
qn̄qꝫ occidit. quia cor nimis dilata
tur ⁊ calor ad exteriora se extēdit
⁊ a corde deficit. ⁊ ideo mors inter
uenit. Unde refert valerius ꝙ cui
dā mulieri fuit nunciata mors fi
lij sui. ⁊ dum illa sederet merens

subitō filius eius venit. quē illa
videns mox in amplexus eius ru
it ⁊ mox exanimata est. Tristici
a autem non subito occidit: sed
paulatim. quia in tristicia retrahitᷣ
primo calor naturalis ad interio
ra. ⁊ postea exalat ad exteriora.
⁊ agitatio talis caloris prohibet
nutrimētum in membris ⁊ opera
tur consummationē in illis ⁊ ideo
processu temporis ethica generā
tur ⁊ occidit. Prouerbiorum. xi.
Animus gaudens etatem floridā
facit. spiritus tristis exsiccat ossa
Ira vero non occidit. quia in ira
non solum calefiunt membra ex
teriora: sed etiam interiora. ac sic
manet calor in sua radice. ⁊ ideo
mors non causatur in homine: sꝫ
sensu priuat. rationem excecat. ⁊
multa mala tam anime q̄ꝫ corpo
ri facit. Unde catho. Impedit ira
animum ne possit ⁊c̄. Item Iaco
bus in sua canonica dicit. Ira vi
ri iusticiam dei non operatur. Ex
hijs datur intelligi ꝙ nimia tris
ticia ⁊ nimia leticia animam occi
dunt. Propter primum dicitur
Prouerbioꝝ tercio. Prosperitas
stultorum perdet illos. Propter
secundum dicitur Sapi. vij. Stul
ti tristicia mortem operatur. In
hoc tamen differunt ꝙ anima ci
tius moritur in prosperitate: q̄m
in aduersitate. Augustinus Mul
ti res aduersas timent: ⁊ prospe
ras non timent. Periculosior ta
men est res aliqua prospera aīe:

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-477/0500
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG